



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Nomina Siciliæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

S V L E A D E T R V R I A M .

las : certè apud Strabonem ex Ptolemæo irrepsisse vocem
IΛγαν suspicatur Casaubonus. In Æthaliâ Strabo agno-
scit portum Argoum, Cluuerio Porto Ferrato, Ortelio Por-
to Longone.

I C I L I V M apud Plinium corruptè Ægilium , & item apud
Melam Igrium , cuius meminit Cæsar i. de bello ciuili:
Giglio.

Dianum , & Artemisia , & Artemita : *Gianuti.*

P L A N A S I A , seu Planaria : *Pianosa* , vbi agrestes Pauones
Varconi. In eam proiectus Agrippa ab Augusto ruditis bo-
narum artium , & corporis robore stolidè ferox , ait Tacit.
lib. i. Ann. dicta est οντο το πλανασια, quod specie sua falleret.

Oglasa Plinio scopulus excelsus : nunc *Monte Christo.*

C A P R A R I A , seu Caprasia , hodie *Caprara* , seu *Capraia* , sic
dicta à Capris sylvestribus , vt ait Varro : de ea impie Ru-
tilius *Squallet lucifugis Insula plena viris.*

V R G O Plinio , Melæ , Capellæ ; Goron Rutilio inter *Pisanum*
Cyrnaicūmque latus ; Orgon Stephani est : hodie *Gorgona.*

Menaria : *Meloria.*

Columbaria , apud Melam corruptè Carbania ; & alia dicta
Vernaria , quarum meminere Plinius & Capella ; harum
nescit Cluuerius vtra sit *Palmarolo* , & *Troia.*

C A P V T V N D E C I M V M .

De Sicilia & minoribus Insulis ei adiacentibus.

§. I. Historica descriptio Siciliae.

Q VÆREMVS hîc more nostro , de eius nomine , quantitate ,
qualitate , politiâ in quâ de eius populis , ac denique de eius
Fretò .

N V M . I. Nomina Siciliae.

T R I N A C R I A , primùm dicta fuit Polyb. lib. 6. Diod. 5. Halic. 1.
quæ vox Græcè variè effertur Homero Θερανία , Dion. Afro τη-
ρανία , Straboni τηρανίς : sic dictam suspicantur aliqui à Rege Tri-
naco , alijs οντο της θερανος , vel τηρανος à similitudine Tridentis ,

meliùs sic dicta videtur voce leuiter inflexâ à tribus Promontoriis, Peloro Capo di Faro, vel Capo della Torre di Faro, Lilybæo Capo di Marsilla, & Capo Boeo, & Pachyno Capo di Passalo. Hinc Triquetram Lucretius dixit, Græcis τριδεῖπος, Triuertex, τριγλώχη Tricuspis, τριπλάσιος habens tria latera, τριγένειος Triceps, & τριλόφος Tricollis; Claudiano Trifolca canitur.

SICANIA, à Sicanis, in quam Thucydides lib. 6. Iberos putat à Sicano Fl. aliter Sicori accersitos, de quibus paulò pòst.

SICILIA, à Siculis qui ex Italâ depulsi eam Insulam occuparunt.

A Poëtis aliquando Aethnea dicitur ab eius famosissimo monte; sic Martialis, & Claudianus, ut Græcos omittam.

N V M. 2. *Quantitas Siciliae.*

OMNIVM Insularum interni Maris maximam vocat eam Strabo lib. 2. & alij vulgò; Scyllax ei prætulit Sardiniam, & Siciliæ tantum secundas dedit; certè Diodorus Sardiniam ferè Siciliæ exæquat.

Mensuræ antiquæ Siciliae.

LATVS	Diodoro Siculo ccxii. Mil. Pass. cum Pass. D.
BOREA-	Posidonio ducenta viginti quinque Pass. Mil.
L E	Plinio centum septuaginta Pass. Mil.
à Peloro ad	Marciano Heracleota centu quadraginta tria Pass. Mil.
Lilybæum,	Vetere Chorographo, ducenta sexaginta quinque P. M.
continet ex	Ptolemæo, ducenta sexaginta quinque Pass. Mil.
L A T V S	Diodoro, centum octoginta septem P. M. cum Pas. D.
AVSTRA-	Strabone, centum nonaginta tria P. M. cum Pass. 750.
L E	Plinio, ducenta Passuum Millia.
à Lilybeo ad	Vetere Chorographo, centum sexaginta quinque P. M.
Pachynum,	Ptolemæo, centum quinquaginta quinque P. M.
continet ex	Æthico, centum septuaginta quatuor P. M.
LATVS	Diodoro, centum quadraginta duo Pass. M. cum Pass. 500.
ORIEN-	Strabone, centum quadraginta & unum M. P. & 250. P.
TALE	Plinio, centum sexaginta sex Pass. Millia.
à Pachyno ad	Martiano, centum sexaginta sex Pass. Millia.

O O o o ij